

nis alterutrius tertiam circiter pro fimo partem cum ea massa confundito & permisceto, scrobiculum bono in solo excavato, eam massam in eundem demittito, in ipsam massam colorandæ plantæ radicem defigito, deinde irrigato, curato, Colito, ut mos est: Illud autem curato, ut albi floris, v. g. candidi cariophylli radículas hoc artificio deligas medicandas: Potest etiam multicolor iste fucus in eadem massa fimi, ad eliciendam è flosculis varijs, candidis tamen, versicolorem picturam.

Solum præterea pinguisimum in sole siccabis, dum prætenuem solvatur in pulverem, eo pulvere testam rite opplebis, mediam candidi floris plantam aut furculum depangito, nocturno pluvioq; cœlo subducito, ne quidquam humoris aut roris ea humus præter colorati liquoris hauiat aprico tranquilloquæ die in solem effer-